| | |
|---|---|
| **Kyrie**, eleison<br>Christe, eleison<br>Kyrie, eleison | Lord, have mercy.<br>Christ, have mercy.<br>Lord, have mercy. |
| **Glória** in excélsis Deo<br>et in terra pax<br>homínibus bonæ voluntátis.<br><br>Laudámus te,<br>benedícimus te,<br>adorámus te,<br>glorificámus te,<br><br>grátias ágimus tibi<br>propter magnam glóriam tuam,<br><br>Dómine Deus, Rex cæléstis,<br>Deus Pater omnípotens.<br><br>Dómine Fili unigénite, Jesu Christe,<br>Dómine Deus, Agnus Dei,<br>Fílius Patris,<br>qui tollis peccáta mundi,<br>miserére nobis;<br><br>qui tollis peccáta mundi,<br>súscipe deprecatiónem nostram.<br>Qui sedes ad déxteram Patris,<br>miserére nobis.<br><br>Quóniam tu solus Sanctus,<br>tu solus Dóminus,<br>tu solus Altíssimus,<br>Jesu Christe, cum Sancto Spíritu:<br>in glória Dei Patris. Amen | Glory to God in the highest,<br>and on earth peace<br>to people of goodwill.<br><br>We praise you,<br>we bless you,<br>we adore you,<br>we glorify you,<br><br>we give you thanks<br>for your great glory,<br><br>Lord God, heavenly King,<br>O God, almighty Father.<br><br>Lord Jesus Christ, Only Begotten Son,<br>Lord God, Lamb of God,<br>Son of the Father,<br>you take away the sins of the world,<br>have mercy on us;<br><br>you take away the sins of the world,<br>receive our prayer;<br>you are seated at the right hand of the Father,<br>have mercy on us.<br><br>For you alone are the Holy One,<br>you alone are the Lord,<br>you alone are the Most High,<br>Jesus Christ, with the Holy Spirit,<br>in the glory of God the Father. Amen. |
| **Credo** in unum Deum,<br>Patrem omnipoténtem,<br>Factórem cæli et terræ,<br>Visibílium ómnium et invisibílium.<br><br>Et in unum Dóminum Iesum Christum,<br>Fílium Dei Unigénitum, | I believe in one God,<br>the Father almighty,<br>maker of heaven and earth,<br>of all things visible and invisible.<br><br>I believe in one Lord Jesus Christ,<br>the Only Begotten Son of God, |

| | |
|---|---|
| Et ex Patre natum ante ómnia sǽcula. | born of the Father before all ages. |
| Deum de Deo, lumen de lúmine,<br>Deum verum de Deo vero, | God from God, Light from Light,<br>true God from true God, |
| Génitum, non factum,<br>consubstantiálem Patri: | begotten, not made,<br>consubstantial with the Father; |
| Per quem ómnia facta sunt.<br>Qui propter nos hómines<br>et propter nostram salútem | through him all things were made.<br>For us men<br>and for our salvation |
| Descéndit de cælis.<br>Et incarnátus est de Spíritu Sancto<br>Ex María Vírgine,<br>et homo factus est. | he came down from heaven,<br>and by the Holy Spirit was incarnate of the Virgin Mary,<br>and became man. |
| Crucifíxus étiam pro nobis<br>sub Póntio Piláto; | For our sake he was crucified<br>under Pontius Pilate, |
| Passus, et sepúltus est,<br>Et resurréxit tértia die,<br>secúndum Scriptúras, | he suffered death and was buried,<br>and rose again on the third day<br>in accordance with the Scriptures. |
| Et ascéndit in cælum,<br>sedet ad déxteram Patris. | He ascended into heaven<br>and is seated at the right hand of the Father. |
| Et íterum ventúrus est cum glória,<br>Iudicáre vivos et mórtuos, | He will come again in glory<br>to judge the living and the dead |
| Cuius regni non erit finis. | and his kingdom will have no end. |
| Et in Spíritum Sanctum, Dóminum<br>et vivificántem: | I believe in the Holy Spirit, the Lord,<br>the giver of life, |
| Qui ex Patre Filióque procédit. | who proceeds from the Father and the Son, |
| Qui cum Patre et Fílio simul adorátur<br>et conglorificátur: | who with the Father and the Son is adored<br>and glorified, |
| Qui locútus est per prophétas. | who has spoken through the prophets. |
| Et unam, sanctam, cathólicam et<br>apostólicam Ecclésiam. | I believe in one, holy, catholic and<br>apostolic Church. |

| | |
|---|---|
| Confíteor unum baptísma in remissiónem peccatórum.<br><br>Et expécto resurrectiónem mortuórum,<br><br>Et vitam ventúri sǽculi.<br>Amen. | I confess one Baptism for the forgiveness of sins<br><br>and I look forward to the resurrection of the dead<br><br>and the life of the world to come.<br>Amen. |
| **Sanctus**, Sanctus, Sanctus,<br>Dominus Deus Sabaoth.<br>Pleni sunt cæli et terra gloria tua.<br>Hosanna in excelsis.<br><br>Benedictus qui venit<br>in nomine Domini.<br><br>Hosanna in excelsis. | Holy, Holy, Holy,<br>Lord God of hosts.<br>Heaven and earth are full of your glory.<br>Hosanna in the highest.<br><br>Blessed is he who comes<br>in the name of the Lord.<br><br>Hosanna in the highest. |
| **Pater noster**, qui es in caelis:<br>sanctificetur nomen tuum;<br>adveniat regnum tuum;<br>fiat voluntas tua, sicut in caelo, et in terra.<br>Panem nostrum cotidianum<br>da nobis hodie;<br><br>et dimitte nobis debita nostra,<br>sicut et nos dimittimus<br>debitoribus nostris;<br><br>et ne nos inducas in tentationem;<br>sed libera nos a malo.<br><br>Quia tuum est regnum, et potestas,<br>et Gloria, in saecula. Amen. | Our Father, who art in heaven,<br>hallowed be Thy name.<br>Thy kingdom come.<br>Thy will be done on earth as it is in heaven.<br>Give us this day<br>our daily bread<br><br>and forgive us our trespasses<br>as we forgive those who trespass<br>against us.<br><br>And lead us not into temptation,<br>but deliver us from evil.<br><br>For Thine is the kingdom, and the power<br>and the Glory, now and forever. Amen. |
| **Agnus Dei**, qui tollis peccata mundi,<br>miserere nobis.<br>Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,<br>miserere nobis.<br>Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,<br>dona nobis pacem. | Lamb of God, you take away the sins of the world,<br>have mercy on us.<br>Lamb of God, you take away the sins of the world,<br>have mercy on us.<br>Lamb of God, you take away the sins of the world,<br>grant us peace. |
| **Dominus vobiscum**.<br>Et cum spiritu tuo.<br>Ite, missa est.<br>Deo Gratias. Amen. | The Lord be with you.<br>And with your spirit.<br>Go forth, the mass is ended.<br>Thanks be to God. Amen. |